

na hæc perpetua fuit in Ecclesia; quia nemo redargit Pontificem Innocentium, quod quidquam innovaverit, dum hæc doctrinam propugnavit. Simili prolus argumentum perpetuitatem doctrinæ nostræ propugnamus contra novatores Luthericos, & Calvinicos: & eodem nunc utimur in ea quam versamus quaestione. Opinio pro lucro cessante nova est. Conradus Sunhemart fere prius eam cum timore & pavore propugnavit, octo conditionum præsidio munitam. Conditiones istæ vix, ac ne vix quidem in praxi servantur; eaque vel ignorant, vel earum intelligentiam non tenent mutatores; immo ipsi Theologi in oppositos, erroneos sensus, ut vidimus, eas detorqueunt. Hanc opinionem alex. plenam fatentur eisdem patroni; & graviores ab eadem abstinendum suadent. Contra, doctrinam quam nos suademus, tredécim & fere quatuordecim seculorum intervallo communis in Ecclesia fuit. Doctissimi Theologi etiamnum amplectuntur illam. Rursum hæc tuta & secura a cuiusque culpe periculo est.

XIII. Ex quibus omnibus collige cautionem, & moderationem meam, dum doctrinam quam veram iudico, quia traditam a maioribus nostris scio, tibi amplectendam consulo; oppositam vero nec approbo, nec improbo; nemini tantum auctor esse volo ut me vade & sponse illam ad praxim deducat. Quod si post hæc omnia me nimii rigoris redargueret volueris, reponam quæ scribit P. Nicolaus Gennaro loc. cit. recog. 2. §. 2. sub num. 26. *Non me turbat aliquorum benignitatem, ut aiunt, sed melius laxamentum dicent, sectantium censura, quæ me austerum appellat. O utinam hæc, immo maiorem austeritatem atramento ceteris, & præcipue recentiores adiunxissent. Calamitas charitatem lineandam tam amplam, & profusam voraginem usurarum, quæ quamplurimum nostris temporibus deglavit, non effudisset. Replicabis: Nemo te sequetur. Respondedo: Nullam de hoc curam habeo. Non quero affectus, sed veritatem inquiri. Non passim; nec debeo contra conscientiam scribere in materia tam periculosa. Rationes me convincunt. Contra rationes me convincentes non audeo docere, ne me convictum ante tribunal Christi de doctrinæ conscientiam Satanæ audere de accusare. Si lector meas rationes considerando, veli mea doctrinæ acquiescere, acquiescat; si tamen nolit, suæ cum opinionis relinquat: sanctus suus officio mo. Hactenus verus Dominicus P. Magister Nicolaus Gennaro, Theologus valde celebris.*

## CAPUT XVI.

*De peccato fornicationis mentalis, seu quænam spes lucri constituat usum peccatum. Caietani, Serra, Pradi, Molise, Tamburini, & aliorum opiniones periculi plena.*

QUI mutuum tradit ea intentione, & spe, ut lucrum assequatur tantquam sibi debitum, licet nullum pactum sive tacitum, sive expresse interveniat, usura peccatum committit. Manifestus quippe est evangelicus textus: *Mutum date, nihil inde sperantes.* Luclentia quoque est resolutio Urbani Papæ III. cap. *Consuluit* de usur. ubi hæc habet. *Cum qui mutat, alias non mutuaturus, eo proposito, ut licet omni conventiono cessante, plus tamen forte recipiat, pro eiusmodi mutui intentione iudicandum esse male agere, & efficaciter ad restitutionem inducendum.*

II. Usura mentalis duplex. Altera, quæ intra mentem sistit, omni actione exteriora seclusa. Hæc nunquam onus restitutionis infert; sicut qui furandi animum habet, nihil rei ipsa furatur, nihil restituere debet. Mentalis, coniuncta cum exteriori officio, inducere onus restitutionis valet. Hæc mentalis usura, quam actus exterior, puta accellio supra formam, comitur, a reali distinguitur non penes rem externam, sed penes pactum. Realis quippe accessioem sperat, & accipit accessioem supra formam ex pacto aut implicito, aut manifesto. Mentalis vero accessioem hanc sperat, & recipit, omni exteriori pacto sublato.

III. Convenit penes omnes, mutuatorum usuræ mentalis ream esse, si sperat lucrum ex mutuo tantquam precium debitum: & si illud re accipit, tenetur ad restitutionem. Contra, si mutuatorius intendere reddere, ut precium mutui, accessioem aliquam, committit usuræ mentalis peccatum, etiam si mutuator intendere illam accipere ut gratias donatam. Et tunc mutuator, prava intentione debitoris cogita, restituere id deberet in quo locupletior esset factus. Quando uterque pravo animo laborat, uterque peccatum usuræ mentalis committit; & mutuator restituere acceptum alinguatur. Denique quando mutuator intendit lucrum ex mutuo, dum debitor revera gratias illud donat, tenetur illud restituere, si ignorat voluntatem liberalis debitoris; focus ea cogita. In praxi, nisi evidenter occurrant argumenta istius liberæ gratuitæ donationis,

presumendum est coacte datum esse; & restitutioni alinguendus creditor est. Quare si aliqua dubitatio oritur, sit ne gratuita donatio, presumendum est fuisse coactam: quia raro, & difficile homines gratis omnino dant: & in re adeo gravi, & periculosa tutor prave amplectens est. Probabilitate docent, mutuatorem qui positive dubitat, sit ne gratuita accessio, habetque in utramque partem rationes probabiles, posse licite retinere lucrum. Sed tu cave ab hac doctrinâ, quam alibi labefactavi. His positis, quaestio proponitur.

IV. Quæst. I. *Licet ne intendere, & sperare aliquid ex mutuo?* Resp. Attento evangelico textu, superflua videtur quaestio. Et tamen inniores distinctivoculis, & argutionibus eam implicat. Primum omnium doctrina S. Thomæ, quam tradit 2.2. quæst. lxxviii. art. 2. retribenda est. *Si vero accipiat aliquid huiusmodi, non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacta, vel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat: quia etiam, antequam pecuniam mutuasisset, licite petere aliquid donum gratis accipere: nec peioris conditionis effectus per hoc quod mutuavit. Recompensationem vero eorum quæ pecunia non mensurantur, licet pro mutuo exigere; puta benevolentiam, & amorem eius qui mutuavit, vel aliquid huiusmodi.*

V. Salmanticenses tract. xiv. cap. iii. punct. 4. num. 33. ad verba S. Thomæ, *gratis accipere, ex arbitrio adiciunt, & sic sperare.* Doctor sanctus hoc verbum *sperare* nec in toto hoc articulo, nec in tota Summa adhibet. Et cum significatum valde amplificet, ideo additio omitti debet. Nam aliud est accipere, & aliud sperare aliquid donum. Qui enim donum gratuitum sponte oblatum accipit, quoniam illud speravit, a quocumque usurae periculo immunis est. Qui vero illud & sperat, & accipit, periculo usuræ, sub spe latitantis, est obnoxius. Non melater, S. Thomas in *disput. quæst. xlii. de malo art. 4. verbo sperare* uti; sed ab eodem in Summa ablinuit. Quæ non ideo dico, quali improbare quancumque spem gratuii muneris velim; sed ut ostendam, Angelicum Præceptorem castigatori sermone um esse in Summa quam in disputatis.

VI. Ceterum quid ipse sentiam de hac intentione, & spe, breviter dico; & ad quaeritum respondeo, licitum esse cuiuslibet sperare benevolentiam, & amicitiam. Qui si aliquis ideo mutuum traderet, ut benevolam, & amicum sibi mutuatarium redderet, & hæc

esset potissima mutui ratio, ab omni culpa cum liberum alitero. Siquidem hæc gratuita beneficia eo retinet ut mutua benevolentia, & amicitia fovetur. Neque hæc sub nomine pecunie, vel pretii continetur.

VII. Quæst. II. *Licet ne lucrum sperare ex mutuo tantquam ex gratitudine debitum?* Resp. Ut peripha reponso præbeatur, ob oculos semper habendus est evangelicus textus: *Mutum date, nihil inde sperantes.* Consideranda quoque est propositio damnata ab Innocentio XI. *Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tantquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigitur tantquam ex iniuria debitum.* Hanc damnatam thesim propugnatur plures iuniores, & nunc quoque extat in eorum operibus, quæ manibus omnium teruntur. Omnes latentur, sperare aliquid ex mutuo tantquam ex iniuria debitum, esse usuram mentalem. Disputatur tantum, sit ne licitum sperare lucrum ex benevolentia, vel ex gratitudine. Exigere aliquid tantquam ex gratitudine debitum, usura est, ut ex propositione damnata constat. Ergo si illud speras, usuram committis. Si enim vitiosa actio est, eundem quoque spes mala sit, necessum est. Neque exigere ergo licet, neque sperare aliquid lucrum tantquam ex gratitudine debitum. Verum sicut licet aliquid accipere ex gratitudine sponte oblatum, ita licet illud sperare. Quoniam tum nihil ex mutuo speras, sed tantum ex gratitudine: neque illud speras ut debitum, sed tantquam libere donatum. De hac sola spe loquitur S. Thomas in *disp. loc. cit.*

VIII. Caietanus 2. 2. quæst. lxxviii. art. 2. quem sequuntur Serra, Pradus, & plures alii iuniores, docet, non modo licitum esse habere hanc intentionem, & spem internam; sed insuper manifestare te posse hanc intentionem, dicendo te sperare tantquam debitum, & beneficium mutuo factum remanendum esse; dummodo ex pacto nulla exponatur obligatio. Sed hæc doctrinâ (inquit Salmanticenses loc. cit. num. 34.) *non est coram avaris divulganda, ne inde avaram accipiant palliandam usuras.* Coram avaris? An coram aliis? Doctrinâ hæc falsa est, & non coram avaris modo, verum etiam coram omnibus refellenda, tantquam textui evangelico opposita, & periculum plena.

IX. P. Thomas Tamburinus ultra pergit *lib. VIII. cap. viii. §. 2. num. 6. ubi inquit. Ex dictis collige primum, licitum per se, & speculative esse, mutuantem etiam antequam mutuet, rogare, vel excitare mutuatarium, im-*

mo & cum illa pacisci, ut aliquod supra formam accipiat ex mera liberalitate, & vere voluntarie: quia sic nihil expectatur vi mutui. Ita Molina disp. ccv. Speculative offertur usura pallium: post adducuntur aliquae conditiones quibus ipsum pallium iterum obvoluitur. Infinitus effem, si referre omnino philosophata vellem quibus Lugo, & Molina, a Tamburino citati, hanc ipse lucrandi circumspiciant. Dicatur, sperari posse lucrum, non tamquam pretium, sed tamquam conditionem; & alia similia usurarum pallia multiplicat, quae praeterito, ut prolixitatem, quoad fieri potest, evitem.

X. Paucis ergo iutorum doctrinam perstringo. Communiter illi docent, sperari lucrum posse non ex mutuo, & tamquam iustitiae pretium, sed ex liberalitate, & benevolentia mutuatori. Adduntque parum reserpe quod lucrum sit causa principalis, & impellens ad mutuum tradendum, vel minus principalis, & alieniens. Verum cum homines nimio ardore in lucrum abripiantur, dum lucrum istud est causa princeps, & movens ad mutuum, cascendere illi non solent sperandi ex mutuo, a spe lucrandi ex liberalitate debitorum. Quare, missis speculationibus, inhaerendum est textui evangelico: *Mutuum date, nihil inde sperantes*; Nec video qua ratione exculari ab usura mentali valeant in praxi, inspecta corrupta hominis natura, qui ad mutuum dandum movetur propter lucrum tamquam propter causam finalem. Tum enim si cessaret lucrum, cessaret mutuum. Verum habet, inquit. Sed lucrum speratur non ex mutuo, neque ex iustitia, sed ex liberalitate donatarii. Eilo. Sed subalta liberalitate hac ex gratitudine mutuum non datur. Ad praxim quod attinet, lucrum est quod movet, quod impellit mutuatorem. Et quamquam metaphysice differat sperare lucrum ex iustitia, vel ex mera liberalitate, & benevolentia; tamen in practico actu mutuatoris, lucro inhiantis, perinde fore est. Et quia nec nos, nec mutuatoris ipsi discernere valent unam intentionem ab altera, dum principalis causa mutui est lucri spes; ideo grave periculum est sperare lucrum, quocumque ex capite proficiatur. Porro prudentes medici, & Theologi ne est proponere ut problemem doctrinam, gravissimo periculo obnoxiam?

XI. Mutuator itaque absolute, & gratis mutuum tradat. Ita paratus sit, ut cessante quacumque gratuita remuneratione, mutuum daret. Si hanc animi dispositionem aliqua spes muneris gratuiti committit, non est

usura mentalis damnandus. Haec est S. Thomae doctrina. Ceterum si lucri spes esse causa princeps, namquam in praxi illorum ab usura ego liberarem. Quid quod reipia iutoribus hanc spem periculi plenam fateretur? Dissidenda ergo, non vanis ratiunculis, & arbitrariis speculationibus confirmanda. S. Raymundi praecceptionem transcribo ex Lib. II. cap. de usuris §. 4. ubi haec habet. *Ideo hanc naturalem obligationem non potest creditor adducere in pactum expressum, vel saltem sperare effectum ipsius obligationis naturalis: quia creditor nullo modo debet pactum apponere, nec principaliter spem, vel intentionem in tali retributione habere; sed propter Deum, & ex caritate debet mutuari indigenti. Et tunc forte, si secundario speret quod ille debitor sit remittens, vel aliud simile, scopus fuerit, forte non est approbandum. Eadem est S. Thomae doctrina. Nemo antiquorum dixit licitum esse spem cuius causa princeps lucrum sit. Cavendum ergo ab opinione Caietani, Molinæ, Lugo, Lessii, Serra, Tamburini, Viva, Sporer, & aliorum: quia eorum speculatio implicandis, exagitantisque conscientiam unice in praxi delerit. Ceterum mutuatori qui ingrati sunt mutuatoribus suis, qui, occasione data, signa benevolentiae, & liberalitatis exhibere negligunt, & ipsi improbandi. Siquidem propter ingratitudinem, & infidelitatem debitorum, accipientium mutuum, & avaritiam mutuatorum, caritatis officia exulant a Christianis, & usquequaque usura, ac iniustitiae grassantur.*

## CAPUT XVII.

Falsa, & laxa est opinio Emanuelis Sa, Lugo, Tamburini, Tanneri, Sporer, La-Croix, Diana, & aliorum, qui docent, eum qui bona fide celebrat contractum usurarium, posse quod accusatus, retinere, etiam cogitatio postea usura crimine.

Q. Uæstio proposita non est speculativa, sed practica, & frequentissima, inquit Salmanticenses tractat. xiv. cap. vii. par. 5. num. 37. Explicandus est primo contractus, Cæto tradis tantum mutuum, ex quo exigit accessionem supra fortem. Manifestam usuram committis. Pecuniam hanc poteris applicare vel societati, & emptoribus, vel contractui ascensionis &c. Disputatur, num si tu bona fide exigis mutuum, putans esse licitum, possis retinere tale lucrum feneratorium, cognitione habita quod

quod reipia sit usurarium. Adfirmant citati Theologi.

II. Cardinalis de Lugo disp. xxv. sect. 9. fulte verbat hanc questionem num. 180. & refert sententiam P. Leonardi Lessii, qui Lib. II. cap. xx. dub. 12. commemorat viros aliquos doctos, sentientes id posse fieri: quam sententiam ipse dicit videri posse saltem habere locum in aliquibus casibus. I. si intendat lucrari omni maiori modo quo potest. 2. si intendat accipere lucrum eo modo quo consuevit accipi a mercatoribus. 3. magis generaliter, si habeat animum lucrandi iusto modo.

III. Alii, subdit Lugo, adhuc magis generaliter sententiam illam approbare videntur. P. Thomas Tamburinus Lib. VIII. cap. VIII. §. 3. num. 21. post relatum probabilem opinionem Lessii, dicitis tribus terminis circumscriptam, haec scribit: *Immo Sa, Tamburinus, de Lugo, Diana... benignius loquuntur, & absolute posse concedunt. Nimum austerus, & rigidus est P. Lessius in limitanda opinione tribus praefatis conditionibus, quae requirunt bonum animum lucrandi iusto modo. Cardinalis de Lugo recitat verba Emanuelis Sa verb. Usura, quae sunt eiusmodi. Qui fecit contractum usurarium, bona fide credens iustum, potest tantum lucrum retinere, quantum accusatus fuerit aliquem per contractum licitum. Idem, subdit Lugo, docet Tanneus in 2. 2. disp. lvi. quæst. viii. dub. 3. n. 99. Diana tract. de contract. ref. 47. & eadem propugnat ipse Lugo ibidem.*

IV. F. Patrius Sporer tract. vi. cap. iv. sect. 4. num. 106. docet, id probabilissime esse licitum, saltem quando mutuum intendit, & exprimit velle contrahere omni meliori modo. Ita late Lessius... Ita optime Lugo, vel absolute sine limitatione Emanuel Sa... Item Tanneus, & Diana.

V. Iutorum rationes haec sunt. Qui bona fide contrahit, censetur habere animum saltem implicitum contrahendi, & lucrandi honesto modo. Et ideo celebrat contractum usurarium, quia existimat licitum. Idcirco indicandum est, illum velle saltem virtualiter quocumque modo licito lucrari. Nec requiritur expressus bonus animus, & aperta intentio celebrandi contractum iustum omni meliori modo, ut contendit Lessius, sed fati est intentio virtualis, ut docent Sa, Tanneus, Lugo.

VI. Diana Tom. VI. tract. 111. ref. 50. inquit: *Pulsura quæstio, & sapus in praxi occurrentes. Desiderat, tamquam problemem, de more opinionem Emanuelis Sa, & citat etiam*

Sanctarellum, Deinde resol. 51. narrat, se propugnasse hanc opinionem in tract. de contract. & latibundus subdit, se invidiose inveniisse, hanc sententiam docere etiam Tanneum. Post relectis rationibus Tanneri, pro laxa opinione concludit: *Ex quibus Confeffarii multos ab mere restrictionibus liberant.*

VIII. P. Claudius La-Croix Lib. III. part. 2. num. 875. refert sententiam Lessii, Tamburini, & opiniones quas Tamburinus vocat benigniores, congruit, atque lectori poterit ubi. Hinc docent plurimi, ut notabimus num. 924. & 1024. posse in mutuo ad annum data sine usura exigi 4. aut 5. in 100. non considerando, sed sponendo adesse aliquem iustum titulum. Subdit, Auctores laborare in assignando iusto titulo: & multorum placita infarcit. Remittit ad Lessium, & Lugo, qui materiam illam optime explicant. Tandem concludit num. 877. *Tanneus de iust. dist. iv. quæst. 111. d. 3. putat adhuc aliter sufficere posse acceptionem 5. in 100. nempe per hoc quod sit nihilis Republica, a qua cum permittitur, censetur validari potestate dominii alii, quod Respublica habet in bona subditorum, qui eam ad hoc inviti non sunt. Favet huic explanationi Besoldus in confid. polii. Lib. I. cap. v. a. n. 9. Vindex Gobat ad propof. 18. n. 25. hunc titulum absolute defendit. Sed huius argumenta conata solvere Haunoldus 1. ix. num. 421.*

VIII. Vindex ergo Gobat hunc titulum iustum esse pro Germania defendit: et pro Italia, & pro Gallia, & pro Hispania? Quisque propugnet sua. Ita ne vero? Evangelicus textus, *Mutuum date, nihil inde sperantes*, excipit ne Germaniam? Hanc doctrinam Tanneri, Haunoldi, Pichleri, Vindex Gobat integra quaestione dissertatione in opere de contract. trin. ut fallam, & erroneam refellit. Vide supra cap. v. quæ scribit velle ipse Chemnitzus Lutheranus contra hanc laxam doctrinam.

IX. Recensita opinio Sa, Tanneri, Lugo, Diana falla est, & laxa. Conditiones quas addidit Lessius, licet laxitate temperent, probabilem tamen, ut ego quidem arbitror, opinionem non reddunt. Prima pars manifestæ est. Mutuator praefatus reipia consentit in contractum feneratorum. Eius habitus dispositio ad celebrandum contractum a iustum iustum hic & non inepta est: nihil in re ponit. Quod sit recte dispositus mutuator ad alium iustum intendendum contractum, non tollit quin reipia consentiat in usuram,

ut vocant, materialem. Sibi imputare mutator debet, quod feneratorium contractum celebrat, cum posset iustum celebrare. Eiusdem bona fide exulare illum valet a culpa: fectus a restitutionis onere. Secunda pars quoque patet. Nam quod mutator qui ex mutuo bona fide lucrum recipit, intendat omni meliori modo lucrari, non tollit qui actualiter consentiat in contractum feneratorium. Animus ille vagus erga aliquem iustum titulum, chimæra est ineptissima ad lucrum feneratorium honellandum. Nam re ipsa mutator iste nullum iustum titulum determinatum valet, quia hic & nunc nullam agnoscit. Nihil autem voluit, nisi præcongitum. Vult ergo usuram dumtaxat. Qui vendit bona fide supra iustum pretium, vel emit infra iustum: an cogita veritate, retinere pretii excessum potest? Numquid iste obtrudere alium contractum potest, vi cuius manus a secessu securum tiffet? Quid plura? Si hæc universalis, & indefinita intentio fat esset ad honellandum lucrum fenebre, posset quoque honestare congressum fornicarium. Volunt homines agnoscere mulierem omni meliori modo quo possunt; & sub hæc universalis intentione, pioque animo cum eadem congregantur. Volunt ergo matrimonium? Coire ergo cum muliere poterunt sola, aut virtuali, ut continentur Sa, Tannerus, Logo, Diana, Gibalinus, aut expressa intentione conendi aliquam possibile modo licito? Non diffitior, aliquam esse inter hæc duo disparitatem. Ceterum verum etiam est plurima scelerata illi intentione excusari posse, semel admisso quod honestari usura queat. Rursum quæro a P. Lessio, & ceteris adversariis: quando mutator adicit prelatas clausulas, quamnam sit cautela salvans etiammodi additionis. Quia mutator dubitat? Fenerator ergo est iuxta omnes. Non dubitat? Fenerator ergo est adicit? Cur contractum quem iustum iudicat, post præfidiis mutuit? Iterum, & scribe omnia tua instrumenta, roborare hæc clausula, *omni meliori modo*, solent. Si contractus, si testamentum re ipsa nullum sit, nunquid clausula adiecta validum reddidit? Sed de hoc infra. Nolo prolixius resellere opinionem, cuius & falsitas, & laxitas cuique, Probabilissimi præiudicis non occupato, patet. Legis que sive habentur *differt. iv.* adversus contractum trinum. Sed iterum sermo infra redibit contra hæc chimæras fane inauditas contractuum implicitorum intentionali.

## CAPUT XVIII.

*Cumnam debeantur fructus pignoris, traditi mutatori in asecurationem fortis? Quid de usuris pupillaribus, & dotalibus?*

**I.** DE fructibus pignoris dati in asecurationem fortis, disserit S. Thomas 2. 2. quæst. lxxviii. art. 2. ad 6. & hæc dæcemit. *Si quis pro pecunia sibi mutuata obliget rem aliquam, cuius usus pretio estimari potest, debet usum illius rei ille qui mutuavit, computare in restitutionem eius quod mutuavit, atque si usum illius rei quasi gratis sibi superaddidit, idem est ac si pecuniam acciperet pro mutuo quod est usurarium; nisi forte esset talis res cuius usus sine pretio solent concedi inter amicos; sicut patet de libro accommodatorum.*

**II.** Angelicæ doctrinæ subscribunt omnes; quia pignoris dominum auferunt penes mutuatarium. Res autem quælibet domino suo fructus parit. Immo tenetur mutuator compensare etiam fructus quos ex sua culpa lata non collegit. Si negligens fuerit in cogendo agro, in locanda domo, quam in pignus accepit, recompenlare mutuatarium debet.

**III.** Quæst. I. *Licitum ne est pactum legis commissoria in pignoris traditione?* Resp. Hoc pactum perperam lex vocat; cum aliud non sit quam conventio mutua inter partes, quatenus conveniunt, ut pignus fit mutuatoris, quando præfixo tempore fors non restituitur: & ideo dicitur legis commissoria, quia si debitor non solvit, incidit in commissum; videlicet rei suæ ius amittit. Illicitum esse hoc pactum leges decreverunt, ut conilat eod. de pactis pignori cap. *Significante*: & latentur omnes. Quoniam pignus communiter pretium fortis maritatis excedit. Idcirco pactum fenebre præsumitur. Contra, si pignus eiusdem omnino valoris esset ac debitum, tum nulla pollueretur pactum usura. Hæc penes omnes certa sunt. Iuniorum quidam defendunt, quod adicit conditio possit, ut pignus fit creditum, etiam si debitor innumera solvendi fuerit; dummodo non sit nimis excessivus. Sed mentum istud iam supra præfixavi.

**IV.** Quæst. II. *Quid de usuris pupillaribus, & dotalibus dicendum?* Resp. Ibi ius disputant, fed potius implicant hæc questionem. Usuræ pupillaribus vocantur non illic quas pupilli a mutuatariis exigere valet; sed ex quas tutores, aut curatores ob

frau-

## CAPUT XIX.

*Resolvantur plures questiones de pactis que mutuo adici solent. Laxæ opiniones Tamburini, Laymani, Spicor, & aliorum resellantur.*

**I.** Quæst. I. *An in pactum adduci possint amicitia, inuiciarum condonationes, & que sunt debita vel ex caritate, vel ex religione, vel ex iustitia?* Resp. Iam supra ex S. Thoma dictum est, tantum absolute, ut pactum mutui amicitia, signa benevolentia; & grati animi, usura labe mutuum pollutant; quin mutui officium hæc maxime pertinet, ut amoris & benevolentia fodere conciet fidelium animos. Pactum quoque de iniuriis privatis condonandis mutuum usura non inquinat: quoniam privatorum nemo ius habet ad privatam vindictam; sed vi legis & naturalis, & evangelicæ quique remittere iniurias alingitur. Similiter qui mutuum tradit hoc pacto, ut omnia sibi ex iustitia debita solvantur, ut iniuste persecutiones suspendantur, nullus usuraus est.

**II.** De iis que debita sunt ex caritate, & religione, disputant antiqui Theologi. Medicus ex caritate mereri, Advocatus pauperum causis patrocinari, dives graviter indigenti succurrere alingitur. Tu his mutuum das, pacto inito ut hæc officia impleant. Te usure reum dantem *Bonacini, Azovius, Reginaldus, Tullenchus, Salas*; quia novum gravamen iustum imponis. Si quidem quod ante mutuum ex sola religione, post mutuum pacto circumscriptum, ex iustitia præstare alingitur. Severitas profecto mirifica, que cum innumeris fucis ab usura purgat lucrum mutuatoris, modo usuræ arguit mutuatorem ipsum, qui nullum sibi percipit commodum, fed unice proximi bonum intendit. Dico itaque, si pactum sincerum sit, & unice bonum mutuatarii, vel proximi spectet, mutuatorem hunc ab omni usura indemnem esse. Obligatio vera imposita non cedit in utilitatem mutuatoris, sed mutuatarii. Non est pretio estimabilis, & que ad pecuniam revocetur; fed unice tendit in commodum debitoris, & proximorum utilitatem spectat. Unde ergo tanta conscientia teneritur, unde tanta severitas in citatis iunioribus, qui tam amplas usuræ habenas laxantur? Si venerunt ne fub hoc specioso caritatis pallio includantur facta pacta, que tandem in utilitatem mutuatoris recidunt;

S 2

nul-

nulla est disputatio. Omnes tunc pacta eiusmodi improbant, aut improbare debent.

III. Caute advertendum est, vel sub ipsis amicitiae pactis latere usuram posse. Nam saepe homines confundunt amorem amicitiae cum amore concupiscentiae, & dum simulant, & emittuntur amicitiam, quae mutuum amorem tantum prodit, non amorem, sed effectus amoris, nempe temporaria bona, quam parvo. Ut has latebras declines, ab omni pacto abstinere, & absolute mutuum trade, dum potes, & occasiones polulantur.

IV. Dixi, licitum esse pactum de condonatione private iniuriae, & vindictae omittende: quia debitor ad id ex iustitia, & caritate alienatur. Contra autem dicendum, si mutuatarius us habeat ad satisfactionem pro iniuria sibi illata exigendam. Si a iudice pecunia multa condemnatus sit ob iniuriam irrogatam, & mutuum daret cum pacto condonationis; fenerator proculdubio esset. Iniuria laedit honorem, & tamam; cuius lesionem damna etiam temporalia consequuntur. Contendunt aliqui, non fore usuram reum illum qui mutuum tradendo exigeret condonationem, non ex iustitia, sed ex amicitia faciendam. Quoniam hac titulo amicitiae remitti, & condonari solet. Neque alii: quia titulus amicitiae latebra est huius quae usura occultatur. Theologi aliqui saepe metaphysicis speculationibus indulgent, & quae mente facile seipsum possunt, ut licita proponunt exequenda. Verum non facilius mente haec distinctiones concipiuntur, eo difficultius in praxi contingunt. Haec dum tecum benigni esse volunt, dum similibus speculationibus lacrum ab usura separant, communitur levi sunt: quia pluribus laqueis conscientiam tuam implicent, & involvant. Ideo ab eiusmodi pactis omnino abstinendum est, cum vel ipsi adversarii periculum plena lateantur.

V. Quaest. II. Fenerator ne est qui mutuum dat, ut beneficium, vel officium, vel munus a lingua, ab obsequio, a manu assequatur? Resp. Conspicua distinctione uratur plures recentiores. Si in pactum ducatur ut mutuatari beneficium, vel officium ex mera liberalitate, & antidotali, ut aiunt, gratitudine, & amicitia conferatur, nulla usura est: locus si pactum apponatur, ut ex iustitia remuneratio fiat. Sed haec quoque distinctio, ut usurae pallium, rescindenda est, ut docet S. Thomas *Opus*, xx. ad Duceffam Brabantiae. Circa quod dicendum videtur, quod si pacto hoc mutuum datur ut officium

accipiant, absque dubio pactum est usurarum; quia pro mutuo accipiunt officii potestatem. Unde in hoc datus eis occasio peccandi, & ipsi tunc tenentur resignare officio taliter acquisito. Si tamen gratis officia derideris, & post ab eis mutuum acceperis, quod de suo officio possit recipere, hoc absque omni peccato fieri potest. Facessant ergo speculationes, & gratitutum mutui beneficium ab eiusmodi pactis liberum sit.

VI. Ad alteram quaestii partem respondeat idem Angelicus Doctor 2. 2. quaest. lxxviii. art. 2. ad 3. Dicendum, quod si aliquis ex pecunia mutua expectat, vel exigit, quasi per obligationem pacti taciti, vel expressi, compensationem numeris ab obsequio, vel lingua, perinde est ac si expectaret, vel exigeret munus a manu; quia utrumque pecunia estimari potest; ut patet in his qui locant operas suas, quas manu, vel lingua exercent. Si vero manus ab obsequio, vel a lingua non quasi ex obligatione rei exhibetur, sed ex benevolentia, quae sub estimationem pecuniae non cadit, licet hoc accipere, & exigere, & expectare. Munus a lingua est alioquin ad Principem, ad Magnatem, laudibus efferre, & similia. Ab obsequio caput denudare, peculiariter reverentiae signa exhibere, comitari, salutare &c. A manu operas locare, laborare, inservire, dona reipia praebere.

VII. Disputant Bonacina, & Trullenchas, nam mutuum dare feminis pacto, & intentione, ut sui corporis copiam praebet, semus includat? Solita distinctione usuram faciunt. Si inquit, eo spectat mutuum, ut dulce amicitiae sodas inerat, & media amicitiae copulam obineat; absit usura. Contra, si mutuo recta copulam intendis, usura reus es. Haec quoque distinctionem ineptiam rejicio.

VIII. Quaest. III. Qui mutuum dat cum pacto ut ad eius molendinum, officium, &c. mutuatarius accedat, fenerator ne est? Resp. Quidquid oneris imponitur mutuatario praeter sortem, quod pretio subiacet, usura est. Quare si ei mutuum tradas his pactis ut ad emendas in tua officina merce accedat, ut ad molendum frumentum tuum molendinum adeat, ut tuum agrum iusto pretio emat, aut ut tuam domum conducat, vel tuam tibi opportuno tempore indigentem remittet, usuram semper committis. Distingunt etiam hic iuniores amicitiae sodas, & iustitiae debitum. Immanis ab usura es, inquit, si haec tibi amicitiae titulo praestari intendas; feneratorum vero te esse fateantur, si ex iustitia haec exigas. Sed repeto quod dixi, eiusmodi

modi distinctione non splendenda esse usurarum pallia: ideo non admitteudas.

IX. Quaest. IV. Usura ne committitur, quando duo mutua officia inter se exercent? Resp. Quando sponte, & libere duo aliquid vicissim sibi praebent, nihil usurae redolere: immo illa mutuae caritatis officia exercent quae lex iubet. Item usura non est, si dum ego tibi mutuum pecuniam tradeo, accipiam a te mutuo frumentum, vinum, aut aliam mercem, quae ego indigeo, dummodo id tibi detrimentum non sit, & nihil fraudis interveniat. Res clara est. Quia haec sunt mutua benevolentiae, & communicationis officia: & congruum est et dum ego tibi beneficium confero, tu mihi aliud cum possis, imperpetuum. Pacta tamen quae obligationem inducant utriusque pariti tantum, omnino vitanda sunt. Praeclare S. Thomas 2. 2. qu. lxxviii. art. 2. ad 4. Et ideo licet simul mutuum unum aliquid aliud mutuum recipere; non autem licet cum obligare ad mutuum in posterum faciendum. Recipere, inquit, non exigere: quia si exis, debitum imponis, forte cum detrimentum alterius.

X. Quaest. V. Licet mutuum dare cum pacto ut alter in posterum remittet? Resp. Licet quaestio solutio ex his quae indicavi, patet, tamen iuniores ad consuetam distinctionem civilis, & antidotalis obligationis se recipiunt. *Angelus, Banez, Serra, Trullenchus, Aragon* docent, te nullam usuram committere, si mutuum, ut vicissim alter remittet, ut veniat ad tuum molendinum, ut agrum tuum iusto pretio colat: dummodo, inquit P. Leonardus Lessius *Lib. II, cap. xx. d. 3. p. 36.* obligationem civilem non imponas, sed solum obligationem gratitudinis. Quam opinionem & falsam reputo, & in propositione damnata ab Innocentio XI. contineri existimo. Sed adhuc laxius remittere habent videtur P. Lessius *ibidem num. 61.* ubi pactum ad obligationem civilem extendit, quando unus carendi pecunia tanto tempore praestitit civilis obligationis imposita. Laymanus

*Lib. III. de iust. tract. iv. cap. xvi. de pactis & contract. num. 3.* aliam invenit distinctionem, videlicet non esse usuram, si obligatio remittenda, accedendi ad tuum officium, ad tuum molendinum imponatur tamquam conditio sine qua non. Veram haec omnia pallia sunt fenoris, omniaque vitanda: gratia enim tradendum mutuum est. Quomodo onus aliquod pretio estimabile imponitur mutuatario reipia subeundum, quid in praxi referat quod solvere illud debeat per modum conditionis sine qua non, vel per modum

obligationis antidotalis, vel civilis, quando revera solvere illud debeat? Reluctoso S. Thomae peripicua est. Non autem licet cum obligare ad mutuum in posterum faciendum. Ne ergo otio abutatur, uno verbo dico, omnia haec, & similia pacta profus abesse a mutuo debere. Haec utrum committis, si mutuum tradis ea conditione, ut mutuatarius in partem mutui recipiat quod tibi alius certius debet, quodque sine labore, & expensis recuperare non valet. Item fenerator est, si mutuo tradis frumentum hoc loco, alibi cum gravamine mutuatari resitendum. Quod si abique incommodo debitoris id fieri possit, & cum commodo tuo, nulla est usura.

XI. Quaest. VI. Fenerator ne est mutuator qui obligat mutuatarium ad reddendam eandem tritici, vini, olei, &c. mensuram, si pretium autem sit? Resp. Quaestio proposita varios habet aspectus potest, & formas. Primo convenit penes omnes quod licitum pactum sit de reddenda eadem mensura, quantitate, & qualitate dicarum mercium, quando aequo debitor, num minuendus, vel augendus valor sit. Quia tunc aequale est commodum, & incommodum. Similiter quando bona fide mutuum traditur, nulli habito respectu ad argumentum, vel decretum pretii, restitutum est eadem mensura. Mutuos tradidi decem modios tritici, ut nunc vini, vel olei tempore quo vilis erat pretium. Tuo mensuras reddere mutuatarius debet, etiam si valor creverit. Et contra, si pretium decreverit, totidem, & non plures mensuras accipere mutuator tenetur. Ratio est, quia si pretii varietas spectetur, iam non mutuum, sed venditio est. Traditur enim tunc merx, ut pretium recipiatur. Natura autem mutui postulat ut tantumdem eandem generis, ponderis, mensurae, & qualitatis restitatur. Mutuo tibi mensurae decem modios tritici, reddendos mensurae Maii, quos in familia sustentationem reservavi. Tempore restitutionis frumentum pluris valet: redderere ergo mihi deberes v.g. novem: & tunc ob mutuum detrimentum mihi emergeres. Si frumentum minoris & valeret, deberes mihi reddere undecim: tunc ego ex mutuo locrum perciperem; quod est usura. Restituenda ergo est eadem mensura eiusdem qualitatis & quantitas. Quoniam in eiusmodi mercibus quae uti physice consumuntur, non consideratur valor extrinsecus, & moralis, sed physica, & intrinseca bonitas; adeoque servanda est mensura, numerus, & pondus. Multas congruit tum Iusti, tum Theologi, quaestiones quae mutua-

nam implicat, non explicat, & propterea illas misas facio. Nam cum disputant utrum qui mutuum dat frumentum, servaturum in tempus maioris pretii, possit exigere hoc maius pretium; venditio est, non mutatio. Nam dum est verum mutuum, nonne praefigere tempus valet ultra quod non differatur fortis restitutio; licet non possit obligare debitorem ne antea restituat? Porro vel ante tempus restituit frumentum; & tu serva illud usque ad tempus maioris pretii: vel restituit tempore praefixo maioris pretii; & tum vende illud: vel est mortuus, & regulis compensationis causa morte subiectus debitor est. Evanescit ergo quaestiones illas quas iuniores hac de re insinuant.

XII. Quasi. VIII. In restitutione pecuniae mutuatia valet ne, an species consideranda? Resp. Mutuus tradidisti centum aureos tempore quo singuli valet viginti iulius; tempore vero restituitis valet viginti quatuor, aut doodeviginti. Innumerae sunt subtilitates quas super hac quaestione excogitavit Icti. Communis Theologorum sententia est, in restitutione pecuniae mutuatiae, non speciem, sed pretium pecuniae restitendum esse; atque adeo non monetam eiusdem speciei, sed pretium quo valebat tempore traditionis, restitendum esse. Ratio est, quia quamquam in mutuo communitur tantumdem eiusdem speciei in numero, pondere, & mensura restituum dum sit; tamen pecunia excipitur, in qua non consistitur eius physica species, sed valor extrinsecus, qui non ab ipsa materia, sed a Principis voluntate sumitur. Hic enim valor constituit formaliter monetam in ratione monetae, prout communi societati, & commercio deservit. Ergo quoties solvitur pretium quo tempore traditionis moneta constabat, iam restituitur mutuum in eadem specie, ut sic dicam, formaliter.

XIII. Haec eadem ratio magis declarat. Accipit mutuo quatuor triticum modios, vel vini, oleum unum. Post acceptiorem Princeps auget mensuras istas. Tu non debes reddere frumentum, vinum, oleum &c. quae sequuntur mensuras auctas a Principe, sed quae sequuntur mensuras quas tu accepisti; quemadmodum si diminuta a Principe mensurae essent, deberes reddere res mutuatias aequantes mensuras priores. Eadem ergo ratio in quando accepisti mutuo centum aureos, quorum valor lege publica postea crevit, reddere haud debes centum aureos in specie, sed pretium quod constabat auri tem-

pore acceptiōnis; sicuti hoc idem pretium restitueret astrictus esse, si pretium aureorum lege publica decrevisset. Quo omnia ex illo certo & inconvulso principio manant, quod res mutuatia transit in dominium mutuatarii, cum tempore domino crevit, vel decrevit.

XIV. Quando mutuator pactum apponit, ut eadem pecunia in specie reddatur a mutuatario, servanda sunt regulae generales. Si aequale sit periculum incrementi, & decrementi, pactum licitum est. Si vero periculum non sit aequale, fenebre pactum est. Qualitas pacti, & mens etiam contrahentium considerari debet. Si enim pactum solum spectet monetam qualitatem, pura quod restituantur tales auri; tum, aucto pretio, non totidem auri restitendi essent, sed dumtaxat quot satis sunt ad expandendum valorem qui tempore acceptiōnis obrinebat. Si vero pactum comprehendit & qualitatem monetae, & valorem, & periculum aequale sit; totidem auri in specie restitendi sunt; si pactum comprehendat tantum & speciem, & valorem, & incrementum, & decrementum monetae; non vero futuram prohibitionem eiusdem monetae, quae fieri a Principe potest; tum debitor, valore monetae prohibito, deberet reddere aliam monetam tanti valoris, quanti illa quam accepit, erat. Quoniam haec prohibitio non est sub pacto comprehensa. Verum difficultas haec, & aliae similes quas versant iuniores, nullius momenti sunt. Quoniam communitur pactum sit de illis monetis, nempe aureis, vel argenteis, quae nunquam a Principe reprobandur; sed quarum valor tantum augetur, vel diminuitur. De ceteris monetis inferioribus, quae interdum reprobari solent, vix sit pactum, ut eadem in specie restituantur. Addendum dumtaxat, generatium esse pactum quo alitergeret mutuatarius, ut restitueret sortem in moneta diversae speciei: quia licet quancumque moneta aequante pretium accepti fortis restitueret ille possit; tamen si onus obliges ut hac potius quam alia moneta solvat, onus est imponis pretio estimabile; quod est usura.

XV. Quasi. VIII. Quid dicendum de mulierculis, quibus quinque in centum concedere videtur P. Tamburinus? Resp. Narrat P. Thomas Tamburinus Lib. VIII. in Debit. cap. viii. §. 3. num. 28. doctissimum Theologum concessisse nobili viduae ut decem procentum in annum repeteret pro dato mutuo. Hanc ipse opinionem improbat. Insuper aliquo modo damnat aliam mulierculam

nam novam negotiationem. Dant, inquit, unum vel alterum aureum hebdmodis rependant duos hac lege, ut singulis hebdomadis rependant duos terenos, seu iulios, donec aureum integrum solvant; & insuper alios tres, quatuorve iulios pro lucro. Damnatur aliquo modo hanc negotiationem. Aliquo modo eam probat, nempe si ad sit periculum fortis, cui se exponunt peccati. Quod periculum, ut iustum mulierculae, cum aliis admittit. Sublato vero omni prodis titulo, hanc improbat novam negotiationem loc. cit.

XVI. Verum ibidem §. 5. num. 19. hinc in favorem nobilis viduae, & mulierculam scribit. Ex his collige primo, vidua illi allate §. 3. num. 28. posse concedi, si vera esset doctrina numeri secundi hactenus expressa, quinque pro centum; nempe propter bona, quinque pro centum; nempe celebratam fidem iudicare possimus cum celebratam suum fuisse contractum hanc provisionis, non rependendi &c. Viden, quam facile sit remedium purgandi lucrum ab usura? Promissio non repetendi mutuum per annum unum non repetendi mutuum est purgans lucrum ab usura? Tempus breve, inquit Tamburinus lib. num. 11. puta unius hebdomadae, vel mensis, plus minusve, est imbibitum in mutuo; & ob promissionem non repetendam fortis intra tempus adeo breve non licet exigere lucrum. At si tempus sit longius, tunc est extrinsecum, ut docet Bagnius, mutuo; & tunc evadit titulus iustus lucrandi, dum mutuator se obligat ad non repetendum sortem. Hinc collige secundo (subdit Tamburinus) cur mulierculis illis allatis eodem §. num. 30. negandum sit quid iam lucrum percipere. Quia unus aureus ad rationem quinque pro centum provisionis obulum potuisset ex hoc titulo provisionis parere in anno. Erat tamen avarissima ille muliercula repetebat aliquos iulios, nec post annum, sed post hebdomadas. Maluit hoc est sensu immatissimum, inquit Tamburinus ipse. Si vero promissio non repetenda fortis esset per annum, per duos, per tres, per decem, per viginti annos, per totam vitam; lucrum quinque pro centum in annos singulos esset iustum, & ab usura labe intaminatum; & sic nobilis viduae, & mulierculae, quae ire ad nudinas nequeunt, habent modum lucrandi ex mutuo, & constituendi sibi annuos reditus, medio fundo pecuniae mutuatiae. Obligatio locum non repetenda fortis intra unum, vel plures annos, fat est ad illas eximendas ab evangelice legis iugo: Mutuum date, nihil inde sperantes. Haec obiter, ut animadvertas, quam

caute legendi sint libri qui non raro similia docent.

XVII. Ad quaesitum respondeo, personarum conditionem non infringere evangelicam legem adversus usuras. Ab hac nec pupilli, nec viduae nobiles, nec virgines nobiles, nec homines pauperissimi, nec mercatores exempti sunt. Os oculos revocandum est testimonium S. Augustini in Platimum ex xviii. quod alibi retuli. Audens fenerator dicitur: Non habeo aliud unde vivam. Et hoc laetum mihi dicitur, deprehensus in fauce: hoc & effractor dicitur, deprehensus circa portam altorum; hoc mihi & leno dicitur, emens puellas ad prostitutionem; hoc & malificus, incantans mala, & vendens militiam suam. Quidquid tale prohibere conarerim, responderent omnes: quia non habent unde viveant, quia inde se pascerent: quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia vitam nequitiae delegerunt, unde vitam transigant: & inde se vultus pascerent, unde offendant eum a quo omnes pascentur. Simile lophistia, a necessitate petitum, oblioponit Tertullianus lib. de corona militis cap. xi. ubi haec opponit. Non admittit status fidei necessitates. Nulla est necessitas delinquendi, quibus una est necessitas non delinquendi. Nam ad sacrificandum, & directo negandum necessitate quis premittit tormentorum, seu poenitentiarum; & admittit martyrii, quam exsendente negaverit. Quis potius est necessitas timenda negotiationis, & admissio martiri, quam exsendente passio, & implenda officii. Ceterum subvertitur omnia substantiam sacrae aequi casuario huiusmodi, ut etiam voluntarii delictis sublatum facit.

XVIII. Quasi. IX. Quid de mutuo locorum priorum? Resp. Loca pia quae vulgo appellantur Congregationes, Confraternitates &c. & etiam Monasteria, praecipue Monialium, quae locorum regimini subdita sunt, sepe habent pecunia vel ex reditibus, vel ex pijs legatis. Aliquis ex confratribus Congregationis, aut ex curatoribus, seu procuratoribus Monialitatis, accipit pecuniam istud, aut partem, & proventum in annum solvit, si tamen solvit. Usura ne hac est? Quis ambigere potest? Nam nulla necessitas, neque operis pietatis honestate usuram valet. Nec est quod Conciliorum auctoritates, vel rationes prodeant; cum res manifesta sit. Neque pro deinde captivo ab infidelium tyrannide concessit Alexander III. lucrum ex mutuo.

XIX. Quasi. X. Probabilis ne est opinio Tamburini, qui non committi usuras docet, dum mutuatarius in fidei sensum eligit mutua-

rorem? Resp. Quæstionibus hanc proponit P. Thomas Tamburinus *Lib. IX. tract. 1. cap. 111. §. 2. num. 6.* Item *Lugo disp. xxv. sect. 6. num. 61.* Contendit Tamburinus cum aliis, fideiussionem titulum esse pretio estimabilem. Et sicut mutuatarius potest eligere tertium pro fideiussore, ita & ipsam mutuatorem; & sicut tertio pro fideiussione, ita & mutuatori solvere pretium valet. Ut quo procedit istius opinionis laxitas, teneas, quod præmitto. Primum. Si mutuator amittit lucrum cessans, aut dampnum emergens patitur; potest, inquit, compensationem exigere, scuta lex, decem, plus minusve, iuxta varias circumstantias: deinde pretium recipere, quemadmodum recipere tertius, pro fideiussione. Similes usurae, quæ alicubi inter non paucos serpunt, vix grauantur apud Iudeos. Secundum. Fideiussionem, ad mutui, vel præstiti beneficii rationem revocant communiter graviores Iddi, & Theologi. Fideiussionem, & affectionem multi confundunt ob proximam assinitatem; cum fideiussio sit quedam affectio, & affectio quedam fideiussio. Sed revera discrepant, & quidem valde. Nam affectio foris periculum in se suscipit, & pretium patitur. Sorte naufragio, furto, incendio sublata, pretium solvere affectator tenetur creditori. Fideiussor periculum duntaxat quod est apud mutuatarium, suscipit, quatenus si mutuatorius aut impotentia, aut infidelitate sortem non restituit, ipse reddere tenetur; at affectionem retinet in mutuatarium, quem ad compensandum, si sit solvendo, cogere iure valet. Veram affectio foris iacturam compensare attingitur, nulla retenta actione in creditorem. Affectuator ergo suscipit periculum extrinsecum, *seu iuris*; fideiussor suscipit periculum intrinsecum, *seu facti*.

XX. His politis, evincio improbabilitatem opinionis Tamburini, & Lugo. Dum Titius fideiussoris officium præstat, reipia nullum onus suscipit quod mutuo non coherat, & fideiussor pro mutuatario, periculum foris suscipit, quod est penes mutuatarium. Sed hoc periculum est intrinsecum mutuo. Ergo nihil suscipit quod non sit mutuo iustum. Clarius rem explico. Si mutuatarius fideiussorem pro se apud mutuatorem, susciperet ne aliquod novum onus? Si mutuatarius fideiussorem pro se ipso exhiberet mutuatori, nonne ridiculum, & insultum se proderet? Ergo non minus ridicula, & insultiva plena est fideiussio quam sibi ipsi præstat mutuator pro mutuatario. Nam hæc fideiussio mutuo-

ris, sibi præstita pro mutuatario, nullam omnino maiorem securitatem adicit quam si abesset. Numquid hæc fideiussio magis fideiorem, magis divitem efficit mutuatari? Numquid mutuator post hanc suam fideiussionem indemnis est a periculo vel infidelitatis, vel inopiz, vel impotentia mutuatori? Nec est quod opponas paritatem affectationis, ut istius chimærica fideiussionis vanitatem teagas. Quoniam, ut dixi, dum mutuator onus affectatoris suscipit, pacto pretio, forte dampna, liberatur mutuatarius ab ea solvenda. Quare, nisi alia obstant, contractus alicuius est; & equalis conditio commodi & incommodi inter affectatorem & affectatorem, ut sic claritatis gratia loquar. At in casu nostro, forte perente, non liberatur mutuatarius ab ea solvenda mutuatori fideiussori. De hac vero fideiussione loqui Tamburinus evidens est. Nam de illa fideiussione loquitur quam Cotarravas, laudatus a Tamburino ibidem, docet contra Navarrum esse gratiorum officium, pro quo nullum exigere pretium possit. Probatur ergo evidenter remanere, hæc fideiussionem mutuatoris sibi præstitam pro mutuatario esse sellivam chimæram, quæ sub eodem omnino periculo relinquunt mutuatorem, & eidem oneri obnoxium mutuatarium.

XXI. Quæst. XI. *Probabilis ne est opinio quam defendit Lugo, inquitens, fideiussionem scilicet purgare lucrum ab usura?* Resp. Implexa est quæstioncula proposita, & subtilissima. Ne in eisdem expositione errem, iubeat eam transcribere verbis P. Claudii La-Croix, qui *Lib. III. part. 11. num. 890.* sic illam proponit. „Immo Lugo *num. 62.* & Tamburinus *num. 4.* putant, si Titius a te petat mutuum, & tu des mutuum *Casio*, petaque ut *Casius* mutuet *Titio*, tu autem te *Casio* statuas fideiussorem pro *Titio*, te posse ideo aliquid accipere a *Titio*, quia pro illo subis onus ad quod non teneraris ex vi mutui *Casiodati*. Sed hæc est, saltem periculum usurae palliata, ut ipse patet.

XXII. Mutuum istud *circulatorium* vocare possumus: quia per circuitum gyrat, ut mutuatarium, quin advertat, in usuram lucrum detradat. Audiamus ipsi-n Lugo, qui *disp. xxv. sect. 6. num. 62.* hoc inauditum genus mutui sic nobis explicat aliquo modo clarius quam P. La-Croix. „Petes secundo, quod ad usura in fideiussione *scilicet*. V. g. *Petrus* petat a te mutuum. Tu dicis: Non lo tibi mutuae, sed *Paulo*, qui postea mutuat tibi. *Paulus* mutuat *Petro* id quod

a te mutuo accepit, & vult te fideiussorem pro *Petro*. Tu fideiussor, & pro fideiussione ne pretium exigas a *Petro*, quod iam ultimum sortem lucraris. Dicitur autem hæc *fideiussio facta*: quia revera non te obligas ad solvendum *Paulo*, licet *Petrus* non solvat; cum *Paulus* tantumdem tibi debeat.

XXIII. Hæc sunt quæstiones quas ignorarunt Patres, quæque versant, ut phrasit utar P. Reginaldi, Doctores temporum. Nonne sola expolitio fatidiana, & indignationem excitat? Tot excogitantur circuitiones, tot ambages, tot cuniculi, ut gravissima christianæ Moralæ lex circumveniat, & hæreticorum cachinnis propinetur. Vis dare mutuum *Petro* petenti; sed, ut lucrum affectoris abique usura, hoc mutuum debet pervenire ad manus *Pauli*; deinde a manibus *Pauli* pervenire ad manus *Petri*; ut hoc longo circuitu faceret usura exeat lucrum quod hinc capere ambias. Fateor ipse Lugo, S. Anthonium, Sylvestram, & alios apud *Salas Navarram*, & alios apud *Salas* defendere in tali contractu inutilitatem reperiri, non usuram. Verum ipse concludit, nullam adesse inutilitatem, neque usuram, si fideiussio pro *Petro* sit revera periculosa. Periculosa autem semper est: quia periculum plus minusve semper iustum mutuo est. Hæc fideiussio peior est illa quam quæstione præcedenti replexi; ut ridiculariam & commentitiam. Simplex illa; hæc ficta, vestita, & fraudulenta. Totæ hæc artificiosa machinatio eo tandem recidit, ut *Petrus* mutuatarius solvat tibi mutuatori quæque præter propter in centum pro mutuo. Quocumque te vertas, usuram declinare nequis. Quoniam fideiussio pro mutuatario, sive *Petro*, sive *Paulo*, sive *Casio*, sive *Mario*, respicit duntaxat periculum facti mutuo intrinsecum. Idcirco, si lucrum perceptum ex mutuo usurarium est, generatim quoque est lucrum exactum pro fideiussione mutui. Nec in re manifeste usuraria, & scilicet explodenda ignorandum diutius est.

XXIV. Quæst. XII. *Probabilis ne est opinio Layman, & Sporer, qui mutuatori, accipienti pignus a mutuatario, simul lucrum concedunt?* Resp. P. Paulus Layman *Lib. III. tract. 1v. cap. xvi. num. 11.* hæc quæstionem, seu casum proponit his verbis. „Circum vix maiore anni parte pecunias paratas habet, ex quibus indigentibus officibus, præterim textoribus mutuum dare possit, relicto ipsi in securitatem solutionis pignore, & g. tela. Cum autem, recepto pignore,

soluto facienda est, post annum medium in singulos florenos mutuo datum augendum est, v. g. unus *parvus*. Considerandum enim est, augerium istud non accipi ratione mutui, sed ratione obligationis, oneris, ac cure quam civis illi gratiam texturum in se suscipit, ut toto ferme anno adventantes intronitit, pecuniam suam advenientes inpromittat, *pecunias numeret* &c. quæ obligatio pretio estimabilis est.

XXV. P. Patritius Sporer *tract. vi. cap. 1v. sect. 2. §. 1. num. 39.* hæc opinionem Layman adoptat; immo pro eadem citat Molinam, atque esse communem. Tamburinus, ut vidimus supra, eam defendit *Lib. IX. cap. 111. §. 2. num. 5.* Admissa P. Pauli Layman opinione, nemo tam immunis ab usura quam publici, & iudicis generatores. Nam non *anno medio*, non *totò ferme anno*, sed decem, viginti, quadraginta annis, & tota ferme vita paratas pecunias tenent, non pro textoribus modo verum etiam pro omnibus indigentibus. Quia isti etiam pro omnibus indigentibus, non solum exigere pignus non solent; sed alicui ex-ponunt periculo. Libenter suscipiunt omnes in domum suam advenientes, pecunias numerant &c. Quidam ergo exigere pro singulis florenis unam *parvam*, pro singulis leucis duos *parvos*, pro singulis duplonibus sex *parvos* poterunt? Ubi ergo usura in mundo? Telam opificum in pignus accipiunt cives Germani, & simul *parviorum* austriarum exigunt? Si hæc usura non est, quænam erit? Ad recipiendum affectionem, non mutui vi, sed quod se obligent ad mutuum tradendum, & ob onus excipiendi in domos suas advenientes, & numerandi pecuniam, & custodiendi pignus *rele*. An hæc omnia, & maiora non præstant publici generatores omnes? Fœderum ne ab orbis conditore generatores qui pecunias mutuo traditas non numeraverint, qui paratos non se præbuerint ad excipiendos advenientes in domos suas?

XXVI. Respondeo itaque, hæc Layman, Sporeri, Tamburini opinionem non modo improbabilem, fallacem esse, sed præter modum laxam, fallacem esse, sed præter modum laxam, quæ de mundo auferat usuras omnes. Scandalum patitur ut ipsi quæsi avari, dum addunt aliquos generatores ita afferatos, ut cum *ignare* in manu lucrum exigant. Offendenda autem opinionis falsitas. Obligatio mutuandi, extrinsecus imposita, onus est pretio estimabile. Quamobrem diximus eum qui mutuum dat, usuram committere, si mutuatario onus remutuandi im-

imponat. Contra, obligatio mutui tradendi, spontanea & ultronea suscepta, omni pretio caret. Hæc propositio aut evidens est; aut nulla usura occurrat. Onus alicui impositum vendendi tales merces ad se accedentibus, pretio dignum est. Si sponte illud suscipit, pretio caret. Alioquin qui se sponte offerunt ad vendendos vitulos, carnes, oleum, vinum, frumentum, & alias merces Collegiis, Universitatibus, Monasteriis, & cæteris omnibus, vendere carius tuto pretio possunt; quod nemini hæstus asseruit. Ergo onus mutui tradendi, sponte liberæque suscipitur, pretio caret. Qui enim ultronea & libere aliquod onus suscipit, gratis illud suscipere debet: alioquin onnes avari, omnes feneratorum possent ultronea onera vendendi, feneratorum, emendi suscipere; & vi illius tituli sponte suscepti rerum pretia augere, vel diminueri, mutationes lucratorias efficere, & universam legem, ac præcepta pervertere, corrumpere, depravare. Evidens itaque est obligationem mutuandi libere & ultronea susceptam, omni carere pretio. Altera propositio non minus evidens est, civis Germanicus, quibus loquuntur PP. Layman, & Sporer, sponte suscipere onus opificibus mutui tradendi, sibi numerandi pecunias, eodem adventantibus in proprias domos excipendi, & telam in pignus acceptam custodiendi: id fatentur adversarii. Ergo evidens quoque est consequentia, videlicet accellionem *paziorum* supra sortem esse usurarium.

XXVII. Duo estigia que ibidem indicat Layman, vana sunt, & inutilia. Primum, quod in *montibus pietatis* existit accessio supra sortem. Nam non pro onere, & obligatione mutuandi, sed pro debito alendi ministris accessio supra sortem exigitur. Dum P. Layman usuram hanc Germanorum manifestam facere *montium pietatis* concludendum, in Concilio Lateranensi probata, contendit, invidiam summam sibi facis montibus, & ipsi Concilio Lateranensi invidenter constat. De sacris his montibus dicam infra ubi evidentius patebit paritatis vanitas.

XXVIII. Alterum estigium non minus ineptum est. Subdit enim P. Layman loc. cit. *Deinde addi potest, lucranda illam rationem defendi posse titulo societatis cum annexo pacto affectionationis.* Præterea modo, hanc societatem chimericam esse, & monstruosam, damnatam a Sixto V. ut quatuor integris dissertationibus palam feci. Hoc, inquam, non prætereo, & dico, etiam admisso hoc trino contractu etiam implicito, non posse P. Layman hunc trium contractum in usu-

re Germanicæ pallium advocare. Quandoquidem ideo hic trinus contractus secundum Layman, & omnes eundem propugnatores iustus, licitissime est, quia principali contractui societatis adicitur contractus alius affectionationis, quo unus lociorum periculum capitalis suscipit, & mercedem recipit. At in casu præfate negotiationis Germanicæ nullus est huic affectionationis contractui locus. Cur? Quia mutuatores *tele pignus* recipiunt. Quid? Capitale pignore manuum est & salvum: & insuper affectionationem talis capitalis querat? Si clamamus, hæc ridicularia, festiva, incredibilia paradoxa esse; an non iure meritoque clamamus? Quod subdit P. Sporer, mutationem hanc Germanicam reduci posse ad contractum inominatum, *Do, ut des*, non est minus acutum, & lepidum. Mutuo usurario exiliter inest contractus iste, *Do, ut des*: do pecuniam mutuam, ut des affectionem supra sortem suscipio onus feneratorum, seu mutui tradendi, ut tu des compensationem accellionis supra sortem. Non est quod pluribus convellam hoc paradoxon, videlicet quod obligatio mutuandi sponte suscepta, & a iunioribus Probabilibus excogitata, sit titulus purgandi lucrum ab usura; quoniam supra penitus illud labet à tavi.

XXIX. Alias quasiunculas ad criticam revocare possem. Innumeras enim iniuriosas commenti sunt. Sed tempus, & charta me deserent, si expendere omnes vellem. Excusanda est bona iuniorum Theologorum intentio. Videntur illi in propriis regionibus, Tambernibus in Sicilia, Layman, & Sporer in Germania, eiusmodi negotiationes invecatas, consuetudine roboratas, populorum multitudinem vallatas. Ausi illi non sunt patriam damnare consuetudines, & contractus duo obrinentes criticare. Sed quod alius eos perterrefecit, sequens est ratiocinium. Si contractus duo fenestras declaramus, innumeri populi diminantur. Nam ex una parte sperare minima possunt fore ut illi ab hac invocata consuetudine negotiandi ablinent. Ex alia parte bona fide hoc contractus inent, & conscientia placida atque tranquilla. Si fenestras eisdem declaramus, bonam fidem tollimus, conscientiam peccandi excitamus, & tandem infinitam gentem in orbem æternum detrudimus. Inveniendum ergo est doctrina, & ex vallo fundo saltem Probabilissimi explicanda distinctio aliqua est, qua eiusmodi contractus ab usura purgentur. Centies P. Diana hæc ratiocinia inculcat Confessariis, ut *his montibus tollantur peccata mundi*. Igitur iniuriosæ bono

bono zelo salvandi animas laxas opiniones committuntur. Pia illorum desideria laudanda, commendandus eorum zelus. At si danda sunt opiniones, si utramque tepla populi fallax sint opiniones, si utramque Theologorum, perperent, neque pia desideria Theologorum, nec error, quis publicus, inquit Cyriacus, ut inquit Augustinus, nec hæc opiniones, animas inferno lubrahant. Hæc ideo dicta sunt, ut intelligant lectores, me non contra personas, ut miles dixi, sed contra opiniones quas falsas, & erroneas reputo, liliolum armare, vocis sonitum occasione data exaltare. Lex evangelica urget ut exitum torpentes, & opinionum illicio fascino detocem, atque ad veritatem amplectendam exhorter. Si me errare contigerit, ut tape fortassis contiget, eadem me mensura metiantur polli qua ego mensus sum alios.

## CAPUT XX.

## De montibus pietatis.

**I.** Pauci de his sacris montibus, qui alio nomine vocantur *montes Christi*, vel *deposita apostolica*, delibabo. *Montes pietatis* summa pecunie est, ex piorum fidelium elemosinis in perpetuum levamen, & subsidium collata, ut illidem indigentibus mutuo traderetur pignore deposito, & accellionis contributione, qua ministri alantur. Hæc montium origo primus Perusii anno 1464, obtinuit. Ideo dicuntur *pietatis*, quia, ut pauperes Iudeorum visibus mordentibus subducerentur, pii fideles, sacrorum Conclonatorum, potissimum inclyti Ordinis Minorum, zelo excitati, summam pecunie contulerunt, a publicis ministris illidem pauperibus præfato modo distribuendam. Alii successu temporis insituti sunt montes, partim ex elemosynis, partim ex censibus (ideoque mixti appellantur) partim ex solis censibus. Et hi quoque ob sanctum finem succurrendi pauperibus *pietatis* montes nuncupantur.

II. Adeo fideles eo tempore ab usura crimine abhorrebant, ut vel hæc sacra pietatis opera turbas, & acerrimas dissipationes excitarent, ob quamdam feneratorii lucris speciem, quam præferre aliquibus videbantur. Sed dissidii finem imposuerunt Romani Pontifices, Paulus II. anno 1467, Sixtus IV. anno 1672. Innocentius VIII. & tandem anno 1515, Concilium Lateranense, sub Leone X. celebratum, in quo sacri illi montes approbati fuerunt. Decreto Concilii subscripserunt Theologi omnes, exceptis Caietano, & Soto, qui etiam post Concilii decretum, ni-

mo sane ausi, usura arguere præfatos montes non cessantur. Archiepiscopus quoque Tranenlis Concilii definitio factum opposuit, quod montes isti plus damnum quam utiles, et ipse arbitratur, essent.

III. Explicanda nunc superest accessio que supra sortem exigitur in his sacris montibus. Sacrum Lateranense Concilium in hunc finem exigi hæc accellionem concedit, videlicet *ad solas ministrorum expensas, & aliarum rerum ad illorum conservationem, ut præfatur, pensionum, pro eorum indemnitate duntaxat, ultra sortem, absque lucro eorumdem montium*. Si hæc accellio in montium lucrum aliquo modo cederet, fenestris esset: ideoque Concilium dicit: *Absque lucro eorumdem montium*, led in solum ministrorum stipendium, & aliarum rerum conservationem. Quibus expensis, & oneribus succumbere montes nequeunt absque eorumdem delatione, & interitu, nedum damno. Titulus itaque illius accellionis præter sortem est evidens damnum emergens. Quare erronea est interpretatio quorundam iuniorum, qui ut suis opiniunculis patrocinium querant, committuntur ob obligationem mutuandi præfatum accellionem in illis montibus exigi. Sæpe ostensum est, & quidem, nisi me amor fallit, evidentur, hanc obligationem mutuandi esse merum usura pallium.

IV. Tres conditiones præscriptæ communiter sunt pro æquo illorum montium regime. 1. Ut pecunia pauperibus tradatur intra limites certæ summæ, pro tempore determinato restituenda. 2. Ut pignus a debitoribus exhibatur, quod a ministris proprio custodiri periculo debet. Si pecunia tempore præfinito non restituitur, venditur pignus sub hasta, pretio quod monti debetur, retento; & si quid superest, domito pignoris restituitur. 3. Ut tenuis supra sortem accellio exigatur in ministrorum mercedem, montiumque expensas, que pro domotum conditione, & aliis rebus fieri debent.

V. Ex quibus omnibus constat illorum montium institutionem unice pauperum levamen, & utilitatem spectare. Nihil in eorumdem montium utilitatem, & commodum cedere debet. Heinc si ex accellionibus que præter sortem exiguntur, aliquid, soluti expensis, & ministrorum stipendii, superest, non in montium augmentum, qui nunquam lucrari possunt, ut ex Concilio Lateranensi dictum est, sed vel ipsius mutuataris pro rata, si fieri potest, restituendum, vel in pauperum elemosynam convertendum est. Contingere potest quod ipsi montes in-

terdum egestate laborent, & necessitate succurrendi pauperibus premantur; & tunc montes loco pauperum haberi possunt, atque ipsi tamquam elemosina potest applicari quod superest. Hoc liquidem concessit & monti Bergomeni Sixtus V. & monti Ferrariensi Clemens X. perhibetur.

VI. Quæst. I. An qui pauperes revera non sunt, neque ob paupertatem levandam mutuum pecuniam a sacro monte accipiunt, peccent, & ad restitutionem teneantur? Resp. Aliqui, avaritia abusu succenti, levi accessione monti solvenda alleciti, pecunias petunt mutuas, ut eadem vel negotiationi applicent, vel cum maiori accessione aliis mutuas tradant. Isti & furti, & avaritia iniquitate inficiuntur. Animo quippe fraudulento, & pravo montem decipiunt; ac pecuniam, destinatam pauperum indigentibus levandis, mutuum usuripiunt, ut propria avaritia indulgeant. Teneantur isti & pecuniam illico monti restituere; & damnium, si quod pauperibus, quibus ob hanc pecunie dilacionem concessum non fuit mutui beneficium, emerit, compensare. Si tamen lucrum ex tali pecunia negotiationi exposta acquirerint, non teneantur monti restituere; quia lucrum illud fructus non pecunie, sed industriae est. Si quod vero per usuram perciperent, restituendum est mutuatariis, quos usura vexatur.

VII. Quæst. II. Probabilis ne est opinio Pasqualigii, afferentis eos qui collocant pecuniam in his montibus, posse recipere accessionem dempto titulo? Resp. P. Pasqualigus decis. clxxxviii. contendit, ex pecunia collocata in montibus pietatis percipi posse accessionem præter fortem, sublato titulo damni emergentis, & lucri cessantis. Antequam respondeo, advertendum est, plures reperiri pietatis montes, quos diximus mixtos, quatenus præter pecuniam a piis fidelibus in elemosinam traditam, alias pecunias conquirunt, ut indigentibus subveniant. Pecuniarum collatoribus pensationem solvunt. Disputari capium est, num hæc accessio immunitas ab usura sit. Theologi omnes, & Canonistæ eam semper usuræ damnarunt. P. Pasqualigus omnium primus communi doctrinæ evulgavit accessiorem. Et quia nulla tam laxa opinio ab uno Casuista evulgatur que alicui non sibi conciliet clientem, Pasqualigus lecti sunt Bassæus, & Pignatellus. Heinc vi Probabilisum reflexi facile ab aliquibus Probabilistis furo probabilistis depingi possent, nisi eisdem manifesta falsitas demonstraretur.

VIII. Primum omnium convellendum est fundamentum quo nititur Pasqualigus. Opponit ipse apostolicas Pauli III. litteras pro Ferrariensi monte datas anno 1549. in quibus licite concedi posse alleritur accessiorem annuatim his qui pecuniam otiosam in præfato monte collocant. Et similes litteræ datæ dicuntur pro montibus Bononiensi, & Mutinensi. Cl. Petrus Ballerinus episcopus, de his mont. §. 2. luculentissimis argumentis evincit, apocryphas, & suppositissimas esse eimodi litteras. Quare non est quod in istidem convellendis nos tempus tetamus, adlumæ agamus. Opposita potius doctrina Sedis Apostolicæ indicanda, que falsam Pasqualigi opinionem, supposito istius documento nixam, damnat.

IX. Porro Paulus III. pro monte Mutinensi literis datis anno 1542. Iulius III. pro monte Vicentino anno 1555. Paulus IV. pro monte Veronensi anno 1563. non aliis solvi accessionem concedunt nisi illis qui caritatis zelo adducti, ac pro pauperum subventionem, non feneratori animo, pecunias deponunt tempore illo quando merces puratas, ac prædica ad emendum parata haberent, ex quorum reditu quatuor & ultra pro centenario percipere possent. Pasqualigus e contrario docet, demptis eiusmodi titulis, licitam esse accessionem illis qui non caritatis amore, sed lucri cupiditate ducti collocant in præfatis montibus suas otiosas pecunias. Hæc autem opinio directe pugnat cum Sedis Apostolicæ doctrina. Nec est quod Pasqualigus opponat, summum Pontificem Paulum III. declarasse, legem naturalem, & divinam adversus usuram non obligare his in casibus. Quoniam que intrinsecus, & natura sua mala sunt, nulla humana lege licita fieri valent. Quomodo lex naturalis aliquo in casu non obliget, fuisse Lib. I. explicatum est, quin necesse sit actum agere.

X. Ut itaque id quod interest collocantem pecunias in montibus, licitus & iustus titulus sit, five etiam ut lucri intercepti titulus occurrat, conditiones quas supra explicimus, necessariae sunt. Potissimas obiter iterum indicabo, quas ipsi Romani Pontifices, probantes montes mixtos, requirunt. Prima est, ut merces, vel prædica emenda prompta moraliter sint. Nec latet est animus negotiandi, vel emendi: quia tunc lucrum possibile, non moraliter certum est. Secunda, & quidem potissima, est, quod non feneratori, non lucrando animo, sed caritatis zelo succurrendi pauperibus quis moveatur, impellaturque ad pecuniam collocandam in montibus, eque

paup-

pauperibus distribuenda est. Sed quis est hic, & laudabilis cum? Quare serio cavendum ne feneratori alpis latere sub herba ementitæ caritatis. Quandoquidem si quis eo animo pecuniam in montibus collocaret quidem ad pauperum levamen, atque subsidium, ut heinc lucrum illud allegeretur quod ex negotiatione captare posset, hic feneratori suspensus esset. Ut feneratori crimen evadat, causa princeps movens esse debet caritas. Incurrerendi pauperibus, non cupiditas lucrando animo. Rem clarius explico, ut occultissimas feneratori latebras pandam. Præfens occultio est ex una parte emendarum mercium, vel prædiorum cum ipse moraliter certa lucrando. Instat ex altera parte necessitas subveniendi pauperibus cum accessione lucri. Optio tibi datur alteratram eligendi. Si revera malles lucrum ex negotiatione, quia maius, aut ex prædio, quia commodius, & perpetuum; sed has commoditates, & utilitates spereris, quia amor caritatis succurrendi pauperibus in animo tuo prevaleat; & ideo omittes lucrum ex prædio, vel ex mercatura, quod tibi carius, quod tibi utilius, quod tibi commodius esset, ut pecuniam huic lucro destinatam in pauperum subsidium collocares: hæc hypothesi vera existeret, tum accipiorem, seu compensationem intercepti lucri percipere posses. Si contra eligeres mutuum, seu collocationem pecuniam in montibus, utique in pauperum commodum, sed simul quia commodius est lucrum hæc via perceptum, ita ut malles lucrum ex mutuo quam ex negotiatione, tum tenorator es.

XI. Quid de illis dicendum qui pecuniam ideo in laicis montibus collocant, quia licet lucrum sit tenue, tamen securum est, certum, & a periculis, laboribus, molestiis, turbationibusque negotiationis, a prædiorum grandine, tributis, ab agriculturæ calamitatibus, & colororum infidelitate calamitibus, & colorum infidelitate calamitatibus habentes, ex his qui pecunias otiosas in montibus collocant, ut lucrum capiant; sed repetendas continuo ac occasio occurrerit emendi prædica, census, vel excedenda opportuna negotiationis? Hi omnes manifesti sunt feneratori.

XII. Nihil hæcenus dictum est, quod conceptis verbis non contineatur in litteris pontificiis probantibus montes mixtos. Pius IV. percipere loquitur, sic inquit. Qui caritatis zelo adducti, ac pro pauperum subventionem, non feneratori animo, pecunias deponunt tempore quo parata habent prædica, vel merces ad emendum, ex quorum reditu quatuor, &

ULTRA percipere possent &c. Paulus III. Qui ex prædici, vel mercibus maiora lucra habere possunt. Iulius III. Ex quibus prædici, vel negotiatione non solum quatuor (que solvi a montibus solent) sed & quinque, & sex, & fortissimam ULTRA pro centenario percipere possent; & caritatis zelo deponunt ad quatuor pro centenario.

XIII. Hæc tertia certum, que existit maior lucrum moraliter certum ex prædici, census, & negotiatione, quam licet percipiendum ex pecunia collata in montibus, necessaria potissimum est: tum ut periculum evitetur ne accessio ex mutuo superet lucrum ex negotiatione, aut prædio acquirendum; quia tunc usura contingeret: tum ut idolum habebatur quod non lucri cupiditate, sed caritatis amore pecuniam collocetur in monte. Alia conditione necessaria pro lucri cessantis iusto titulo prætereo, quia eadem iustus supra declaravi.

XIV. Oppones. Si quis hæcenus patens permissibilem vera sint, verum quoque ex una parte dicendum est consilium quod supra cap. xiv. §. ult. datum fuit; at ex altera parte doctrina hæc destruit omnes sacros Christi montes, bono publico perniciosa, pauperibus crudelis & immanis, civitatibus, & communitatibus exitiosa est. Quis in posterum ad montes istos suas pecunias deleteret? Quis tam manifeste feneratori periculo le exponeret? Consuetudo, hæc doctrinæ opposita, universalis est. Theologorum auctoritate falsa, communi popularum consensu firmata. An perire pauperes, occidi montes, emendicare ministri, omnia perverti debent? Huc tandem recidunt Rigoristarum sententia.

XV. Sophisma istud diabolicum a Patribus vocatur. Doctrina quæ licet expolit, ab Apostolica Sede, ut imbecillitati meæ videatur, manavit. Si tibi non ardeat, eam ratiocinamur, eam falsitatis retractor. Rationes in medium adducito. Absurda que opposuisti, mihi commentitia sunt. Audi. Corrupti Christi montes omnes: sane consensurunt pauperes, periclitantur populi, & viduae: ministrorum familie languent, interrumpuntur commercia, mercatura cessat, pervertuntur omnia, mundus totus incendio flagrat. Unico mendacio salva sunt omnia. Quid? Licetne mentiri? Licet ne mendacium officiosum, nulli noxium? Non licet mendacium; & licet sit? Hoc probandum, inquit, lucrum iusto fenebre esse. Fenebre illud esse mihi videtur. Iustura tibi apparet? Utere iudicio tuo.

XVI. Unum te monere interest, quod mon-



montium pietatis gubernatores, & ministros spectat. Montes illi deposita apostolica, pauperum patrimonium sunt. Ministri horum montium pauperum ministri sunt, pauperum mercedem conducunt, pauperum stipendio alunt. Quid? Pauperum mercenarii splendide vivunt? Pauperum ministri curia incedunt, veste fulgent, divitis affluunt? Quid, si magnam redituum portionem ministrorum multitudine absorberet? Quid si ministri illi non levem pecuniam portionem, variis titulis sibi negotiandam applicarent? Quid, si ministri illi pignora sub laeta emerent? Quid, si aliorum ope eadem villi pretio emerent? Ili ne pietatis montes? Ili ne Christi montes? Montes illi montes non pietatis, sed impietatis forent. Nihil tam sanctum, quod hominum depravari malitia nequeat. Immo quo sanctius opus est, eo sceleritius adulterare demon perentat. Cauti ergo sint sacrorum montium ministri, & gubernatores. Qui gratis exercere officia nequeunt, levi stipendio contenti sint, memores quod pauperum, non divitum, ministri sint. Officia ista, & ministeria non his conferantur qui indigent, qui absque labore pauperum sanguine leginari cupiunt, & student; sed piis prohibent viris. Dum feligendi sunt, pauperum habebat ratio, non familiarum sustentatio. Multae familiae vivunt sacrorum montium ministrorum; sed verendum ne multae aeternum sint periturae hoc voratum pauperum patrimonium. Haec pauca de his montibus debita se fat est.

## CAPUT XXI.

De contractu trino, familiaris, & frequenti usura pallio.

In negro volumine, Romae anno 1746. typis edito, contractum hunc triannum prolegavi omni argumentorum genere. Verum quia opus istud rarum iam est, & verum difficile, ideo ne penitus ignorent lectores mei inutilitatem feneratorum istius contractus, quem obviam habeat in omnibus Moralitarum, qui ad manus sunt, libris, paucis quaestione de hoc trino contractu disputavi.

## §. I.

Contractus trini descriptio, & conditiones, eius origo, & progressus.

**T**rium contractuum primos *est societatis, alter assicurationis, tertius venditionis.* Singuli explicandi. Contractus societatis conventio duorum est, vel plurium de contribuendo aliquid pretio estimabile in commune lucrum, & damnum pro rata. Omnium consensu licitus & honestus est contractus iste. Quatuor conditiones postulat. I. Qui pecuniam, aut quamcumque aliam mercedem ponit, puta animalia, periculum subire debet. II. Negotio, aut ars, in qua collocandum vivum est, honesta sit oportet. III. Equitas servetur. IV. Capitale tradendum est potestate industria, nempe pecunia mercatoribus, animalia rusticis dec. In hoc primo contractu Caius ponit pecuniam, Maevius mercator indulturum, & ambo lucrari, iacturam participes sunt. Secundus contractus *assuratiois capitalis* vocatur. Caius qui pecuniam contulit, pacificatur cum Maevio, ut suam capitale ab omni periculo immune relinquit. Et pro hac assurance portionem percipiendum, ut praesumitur, est duodecim. Remittit quatuor pro capitalis securitate, a Maevio praestanda. Tertius est *venditionis lucri maioris incerti* pro lucro minori certo. Itaque Caius post duos contractus societatis, & assurance, tertium inquit, quo vendit Maevio mercatori illud maius lucrum speratum incertum, nempe octo in loco pro minori certo reddendo, puta quatuor. Quibus peractis. Caius quatuor in centena percipit, omni labore, molestia, periculoque

liberatus. II. Sola quaestio perspicua, & simplex expolito utramque in oculos proicit. Si Caius simpliciter sermone dicat. Do tibi Maevio mutuo centum, ut quatuor in annos singulis mihi pendas, fenerator est. Si praefato verborum involvatur, & circumsione utatur utraque scelus declinavit. Misticra sane ars, quae sola verborum circumsione vitia transmutat in virtutes.

III. Trini istius contractus originem iuniorum Theologorum gloria vertit P. Thomas Tamburinus, quem ego, sive ingenii aeternum, sive ordinis perpicuitatem, sive scribendi elegantiam spectes, inter iuniores nemini secundam reputo. Is *Lib. IX. de contractibus. cap. v. §. 3. num. 1. & 2.* hac scribit

Ex

Ex vi solius contractus societatis non licet re totum periculum in locum reicere, nisi clare patet. Verum INGENIOSI THEOLOGI, forte ab ipsis mercatoribus, quorum res interest, admouiti, invenerunt MODUM reiciendi totum periculum in U. NUM ex locis sine iudicibus.

IV. Vin' meliora? Societas, & securitas duo sunt quae natura sua simul stare nequeunt. At ingeniosi iuniores modum invenerunt simul coniungendi extrema quae naturae sua contraria. Primum, qui contractus trini aliqua fecit semina, fuit Olienensis *Lib. V. tit. de usur.* Sed obiter, & ambigue loquuntur. Eius opinionem confutat S. Antoninus Panormitanus, Ioannes Andreas, & communiter Canonistae. Ioannes Maior, Doctor Universitatis Parisiensis, primus omnibus contractum triannum defendit, suamque vocat opinionem ipse singulariter. Et repta P. Thomas Mercator, qui anno 1569. edidit tractat. de contract. testatur omnes ad unum Doctores eiusmodi contractum improbare.

V. Dominicus Soto prae ceteris post Cajetanum liberiori stilo contractum triannum profugavit; & Martinus Navarrus post Ioannem Maiorem pro contractu trino adversus Dominum Soto pugnare aggressus est, iuxta tamen sententiam incertus: quamobrem Pontificis definitionem percipiebat, quae anno quod Navarrus obiit, emanavit in eisdem sententiae condempnam. Siquidem Sixtus VI. anno 1586. consultationem edidit quae incipit. *Dilectabilis avaritia*, in qua contractum triannum damnari, in citato opere *Usura contract. trin. dist. 1.* evidenter, ut ego quidem arbitror, palam fecit.

VI. Antequam Sixtus V. damnasset contractum triannum, eisdem inventores, & assertores clamabant, contractum periculi plenum esse. Olienensis ait, non esse tutum in conscientia qui illum ad praxim reducit. Ioannes Maior primus inventor admonet, non esse proponendum populo, sed diffusandum. Mercator testatur, contractum hunc ab omnibus Doctoribus oppugnari. Navarrus pontificiam decisionem avehat. In opere citato istorum Auctorum verba rescripsi.

VII. Primus qui post Sixtinam constitutionem propagavit contractum triannum, fuit P. Leonardus Lessius, quem secuti sunt Layman, Castropolus, Lugo, Bonacina, Diana, & alii plures. Mirabens forte, quod primi inventores adeo pavidi, & ancipites dubitaverint de contractus istius usura; quod post pontificiam constitutionem altius hunc

timorem exaggeraverint Bail, Abelly, Reginaldus, Salmanticenses, Bassius, alique eisdem contractu patroni. Sed admirandi rationem omnem amolitur P. Ioseph Gibalinus, acerrimus contractus trini propagator, qui *Lib. VI. de usur. cap. 3. art. 2. pag. 383. num. 3.* haec scribit. „Moneo dumtaxat impraesentiarum, plurimos sententias, ubi primum in scholis indocile sunt contra opinionem receptam, & vulgares, nominatim inde admodum ab ius Auctoribus fuisse prolatas: tum ne vulgus Doctorum offendantur, quorum plerique ex praedictis opinionibus sentent, & fere praedicti sententiarum res tant: tum ne illi nondum bene discutias sententiae darentur; & denique ne qui illis male intellexit abuterentur. Ubi vero aliquando pensulicatus examinate sunt eiusmodi sententiae, & discussa nube luce veritatis persulce, magno consensu recipiuntur, quae primum tunc vix parum tam prode audebant. Idem in nostro casu prolixo accidit: Cum enim locorum aequalitatem constituit inter socios; & obligationes certi lucri, quamvis minoris, & securitatis sortis praestanda ab altero loco, cum societatis natura pugnare iure merito sapientibus visis sunt: ubi vero advertebant haec onera non impossi socio vi contractus societatis, sed per nova pacta, & novos contractus, ad quos etiam celebrantur dos minime obligentur socii vi eisdem societatis; sed volentes, & sponte illa pacta, tanquam sibi commodiora, celebrant, in quibus etiam servatur aequalitas; cum onus quod imponitur uno socio, ad quod vi societatis non teneatur, compensatur eisdem socii pactis, quae in se spectata aequissima, & legitima sunt, & assertores celebrant, conscientia vero non se deservunt, magno consensu trium istorum contractuum consueverunt, hodieque omni timore discessu probant, & succedunt.“

VIII. En quam fecunda sit & ferax probabiliter Theologia laodina. Magna consensu suscipitur doctrina contractus trini? Equidni? Favet cupiditatis, pugnancia concocciat, solumque verborum aggestu usuram incredibilem transmigrationem in virtutem iustitiae mutat. Evangelicae Moralitatis & calce delapsa est, nunquam purior, nunquam splendidior quam cum primum illuxit. Ceterae artes hominum industria parte temporis revelata perficiuntur. Contra doctrinam revelata perferenda Deo prodit in lucem; nec hominum ora, & ratiocinatio perficitur, sed sepe involvitur, & obscuratur, Contractus trini inventum

igno-